



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Iuramentum testium. xxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

canonicè perquirat: & si inuenta propinquitas fuerit, separentur.

De eadem re. Cap. XXII.

SI quis neptem suam in coniugium duxerit, anathema sit. *Ex cõcil. Romano. Grego.*

De eadem re. Cap. XIII.

SI quis consobrinam in coniugium duxerit, anathema sit. *Eiusdem. Gregor.*

De eadem re. Cap. XXIII.

SI quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, in coniugium duxerit, anathema sit. *Itẽ eius. Gregor.*

Sacramentum de parentela, quomodo inquirendum sit. Cap. XXV.

DE ista parentela quam dicunt esse inter illum N. & istam eius coniugem N. quicquid inde scis, aut audisti à tuis vicinis, aut à tuis antiquioribus propinquis, quod tu per nullum ingenium, nec propter amorẽ, nec propter timorem, aut per præmium, aut per consanguinitatem certabis episcopum tuum, aut eius missum, cui hoc inquirere iusserit, quãdocunq̃ te ex hoc interrogauerit, sic te Deus adiuuet, & ista sanctorum reliquia.

Iuramentum testium. Cap. XXVI.

ISTVD sacramentum quod iste iurauit de illa parentela, quã inter illum N. & eius coniugem N. computatur, quod tu illud obseruabis in quantum sapis, aut audisti, sic te Deus adiuuet.

Sacramentum de incestuoso discidio. Cap. XXVII.

AB isto die in antea quod tu per nullum ingenium, te sociabis huic tuã consanguineã N. cum qua contra legem, & rectam Christianitatem tuam adulterium & incestum perpetrasti, nec in coniugio, nec in adulterio illam tibi sociabis, nec cum illa ad vnã mensam manducabis & bibes, aut sub vno tecto manebis, nisi fortẽ in Ecclesia, aut in aliquo publico loco, vbi nulla mala suspicio possit esse, ve tibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquamini. Nec aliam coniugem accipes, nisi forte post peractam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab episcopo tuo, aut eius missõ, sic te Deus adiuuet, & ista sanctorum reliquia.